

Si adhuc hominibus placerem, Christi servus sum

¹ **P**aulus apóstolus,
non ab homínibus neque per hóminem,
sed per Iesum Christum et Deum Patrem,
qui suscitávit eum a mórtuis,
² et qui mecum sunt omnes fratres,
ecclésiis Galátiae:
grátia vobis et pax.

[3-5]

⁶ Miror quod tam cito transferímini
ab eo, qui vos vocávit in grátia Christi,
in áliud evangélium;
⁷ quod non est áliud,
nisi sunt áliqui, qui vos contúrbant
et volunt convértere evangélium Christi.
⁸ Sed licet nos aut ángelus de cælo evangelízet vobis
præterquam quod evangelizávimus vobis,
anáthema sit!
⁹ Sicut prædíximus, et nunc íterum dico:
Si quis vobis evangelizáverit
præter id, quod accepístis,
anáthema sit!
¹⁰ Modo enim homínibus suádeo aut Deo?
Aut quæro homínibus placére?
Si adhuc homínibus placérem,
Christi servus non essem!

Verbum Dómini.